confregi potencias· arcum· scutum· gladium et
bellum· Hic enim faciam inimicis meis perse-
quar enim et comprehendam illos ꝗ non conuer
tar donec deficiant· vacate et videte quoniaꝫ ego

sum deus exaltatus suz in celo et exaltabitur ter
ra. Tunc indignati sunt fratres eius . quos visi Judei.
tare venerat et dicebant ei. Nos novimus su-
perbiam tuam et iniquitatem cordis tui. demoniū
habes et samaritanus es tu. Hic igitur in pro-
pria veniens a suis non est receptus et divertens
se ab hijs omnem quam secum tulerat substanci
am cum peccatoribus et meretricibus consump-
sit. Non quidem ex parte sua cum spiritum re-
cepit septiformē. Sed ex parte recipientium qui
bus nūquā negavit Non quidem hanc substan
ciam negavit magdalene lacrimanti. publicano
penitenti. mulieri in adulterio deprehense. pe-
tro neganti . latroni penitenti. Sed cum omni-
bus omnia tanq̄ ꝓdig9 largitor consumpsit Cre
scente autem virtute. et egestate ac invidia aucta
ī iudeis deditus ē ī porcoꝝ custodia quādo scilicet
ꝯducē eos voluit vbi dei premia refectiōe Sz vt
porci malebant in egipto manere super ollas car
niū alleorum qz fetorem q̄ⁿ festinare ad regionez
celestem. Et dabant ei cibos porcorum sputa vbi Xp̄us.
qz verbera et opprobria. Et cuz consūmassent om
nia pro quibus a patre fuerat destinatus ayt.
Quanti mercenarij in domo patris mei sunt.
qui semper vident faciem patris mei. et ego qui
sum eius filius opprobrijs iudeorum morior. Tē
pus est vt vadam ad eum qui misit me. Et

accedens tulit baculū pastoralem ꝛ elegit sibi quī
qꝫ lapides de torrente · scꝫ humilitateꝫ · Caritateꝫ ·
paupertateꝫ pacientiā ꝛ sollarciaꝫ · Et hᵒ ꝯtra sup
biaꝫ · inuidiā · auariciā · irā ꝛ acadiā · vt hys quiqꝫ
lapidibus contra dyabolum dimicaret · Prosili
uit igitur in campū dirus bellator dum mediuꝫ si
lenciū tenerent omnia ꝛ ipse dyabolus secuꝫ iter
Dyabolꝰ sibi esse putaret · Ideo hunc dyabolus videns
cepit cum suis conferre dicens · Quis est iste qui
me nesciente huc ingressus est · Noui qdē ꝙ de fe
mina natus Sed nescio vnde conceptus · Adest ·
ecce mater · Sed patreꝫ inuestigare non possum
ꝑtum video sed non agnosco nascentē ꝛ ꝙ stupo
ri meo accessit in consweta lege ꝑiendi eciaꝫ edi
to filio mater exultat vt virgo · Cum iacet in cu-
nabulis paruulus suffundit lacrimis vultū · Si-
milemqꝫ se mortalibus vagitibus prodit et cum
nichil ei de infancia desit · natura tamen est illi ve
lut infanti corruptio quidem hoc miraculū video
quod aduertere nequeo · audio quod sustinē nō
possum · vt homo natus · honoratur vt deus a se-
culis nūꝙ contigit vt quisꝙ nasceretur homo et
humani vicij nl̄ haberet · Que est hec tam noua
generatio ꝛ potens · q̄ inter peccatores ꝛ ipios na
tus mortali inde mrē ꝑgressus purgatior cunctis
nascētibꝰ ꝛ purior celo apparet q̄d agā q̄ me vītā ·
Dyaboli forciorē ipsū n̄ sencio · Et r̄spōdebāt dicē[n]tes vide

ne forte sit deus iste qui in regno velit regnare.
Si enim fecit vtraqz vnum et in se naturam diui
nam continet et humanā. non erit qui vtrāqz va
leat arguere et manū suam ponere in ambabus
Caue miser ne sit celi presul aut mundi creator
atqz saluator ac redēptor captiuorū Ipse venit for
te tuū calcaturus caput. contriturus imperium.
et te suo iuditio pditurus a nos Et respondit dy Dyabolus
abolus Quid est qd dicitis Si deus essz. quomo-
do indignitatem ptus sustinuisset feminei quo-
modo fuisset in presepio fenoqz contentus quo-
mō ieffabiles miseias sustinuissz a paupertates. q9
credē possit. infancie vagitus in domino rpi? Cui
audiēdū ridiculū nō esset dominū angelorū femi
neo lacte nutriri. Hunc enim video terreno ac
mortali corpore ceptū. a i ipso habitu hominis. ho
minibus viliorem. Assumā cito eū dampnādū se
pulchro. subiciendū mee protinus ditioni. Inte-
rim incepit dominus pulsare inferni fores. portas
tartari submouere Januas aperire mortis gehen
ne soluere legē vetustam deturbare antiquissimū
ius penarū. reposcere aīam lazari ab inferno. vi
am reditus renouare Et occurrit lazaro tota fu-
rens ptās dicens. Quid agis quid cogitas quo
vis ire? Ad quos lazarus. vocat me cristus dei fi Lazarus
lius omnium domin9. At illi Tace cum alijs ta- Dyaboli
ce et esto michi captiuus cum ceteris. Saimus.

dei filiū dn̄m eē cōsubstācialez patri ꝛ spiritui san
Lazarus cto· in celis em̄ est cōuersatio sua· Ad quos laza
rus putatis vos me tenere· vadam ꝛ parebo domi
Dyabol9 no· Et tunc princeps inferni p cōsuetos nūtios
accurrit ad celū hanc ī iudicio interpellationē de
plorans dicēs Ego dn̄e ꝛ si abiectior creatura ꝛ si
tristi seruitio mācipatus ·tamen tua precepta in
violabili lege conseruo puigile ne quis sentētias
tuas nouo ac temerario iure frangat· Sed ap
paruit homo qui dicit̄ xp̄us tuū se filiū iactans·
sacerdotes tuos vocās ·scribas tuos arguēs Sab
bata tua violans ·legē tuam soluens · ꝛ aīas ex
utas carne· pene ꝛ mee iā custodie deputatas ad
corpora ī quib9 scelerate vixerūt reddere cōpellit
et tantis cotidie processit ausibus vt lazarū nos
truz iam clausū carcere iam lege nr̄a victum iaz
iure nostꝝ manētez fractis īferni claustris edux
it Ergo aut cito subuenias quia si semel patefece
rit ianuas om̄es quot tot seculis seruauim9 nūc
Filius· amittes Ad hec fili9 de sinu patris Respōdit Nō
iustū ē vt carcer nō inocētes teneat ꝫ nocētes·
pene nō iustos cruciēt sed iniustos Qm̄ diu sub v
nius hominis culpa propter ade solius noxam
patriarchaz et prophetas ꝛ alios sanctos omnes
qꝫ vtriusqꝫ sexus etates hic carnifex ad se trahe
re crudeli infestatione non cessat pater ego mori
ar ne omnes moriantur· Pater ego ade debitū

soluam vt per me tibi viuant qui per adam mori
rētur. Pater ego ꝓpter sentenciā tuā. sanguinē
meum fundam vt ad te tua redeat creatura Pre
ciū tibi cari sanguinis mei redemptio sit omniuz
mortuoꝝ Ad hec tota trinitas consensuz dedit q
dyabolus obediat xpō ꝛ non solū lazaruz sed oēs
vinctos reddat. Idcirco dyabolus ad tartaras
potestates rediens mox ait. Reddite cito vnum p
usq multos vel omnes reddere compellamini.
Tunc eñ lazarus prodijt ligatis manibus ꝛ pedi
bus Et ait xpus Gracias tibi ago pater quia au
disti me. Ex tunc igitur draco iste furore cecatus
non intelligit q semē abrahe in xpō suū destrue
ret principatū. qui antiq fraudis iura nō pderet
si se a domini sanguine cōtineret. sed malicia no
cendi auidus. dum irruit ruit. dum capit capit
et dum psequit mortalem. incidit in saluatorem.
Accedens igitur ꝓperauit ad preliū hostile. ma
nu tenēs quasi liciatorium qd cum vidissent cete
ri fugierunt Cū igit puer cōsideraret ad dexterā
et nullum sibi protectorez aspiceret ait. noti mei
recesserunt a me et qui iuxta me erant de longe
steterunt. Contemplatus igitur puer suppliciuz
ait timens Transeat a me calix iste. Ecce piscis
inuadit me. Et angelus confortans cuz ayt. vi
riliter age et confortetur cor tuum apprehende bra
chium. et extende ipsum. Et ayt puer. quis

Trinitas
Dyabolus
Puer
Angelus.

Angel9· consurget mecū aduersus malignātē· Ad quē an
gelus Jacta sup dn̄m curaz tuā Qui confortatus
inuoluit fundā⁊ vno ictu philisteū pcussit ⁊ con
festim eterna lux in inferno resplenduit · Di-
luit stridor dentiū ac lugenciū· disrupta ceciderūt
vincula captiuorūz· ⁊ ōmis impia officina cōtre-
Dyaboli muit· Et dicebant carnifici perterriti ad se inui
cem Quid nā ē hoc quid agem9 Nunq̄ in hac ha
bitacōne nigra et semper fuligine ceca iocunduz
lumen apparuit An forte sol de mundo migrauit
Sed nec celū nec astra apparent ⁊ tamen infer
nus lucet vbi est rex noster O princeps inferni
Curre ppera defende atriū tuū vt fortis armatus
si vales quia tantā lucez obtenebrare nequim9
Dyabol9 hec cū audiret dyabolus tremuit stupefactus et
nequiter se humilians cepit verba pacifice lo-
qui sub dolo xp̄o swadens ac dicens Si filius d
es descende nūc de cruce et ōnes credent tibi ⁊ nō
sit amplius inter te et me iurgiūz sed concordia·
Et ait puer Non veni mittere pacē sed gladiuz
Non euades manus meas · quia ero mors tua o
mors morsus tuus ero inferne· Cucurrit igitur
versus eū et gladio illius decapitauit impiū Vi
Dyaboli dentes autem philistei q̄ eorum interisset bella-
tor ad castra fugierunt firmantes hostia contra
cristuz dantes vlulatus atq3 stridores dicentes
quo 2uertemur quia de iteitu nostro formidam9

violencia describamur et in nr̃is sedibus captiua mur Mox igitur crist9 portas ereas frangens in greditur et implacabiles turmas diuina framea dispergit· tremunt dire sub torrente carnifices ꝛ eternis nexibus colligantur fortes a fortiore· Et vociferabant dicentes Illusus est preliator no ster· vna mulier hebreorũ fecit cõfusionez in do mo regis babilonis · vtraqꝫ enĩ vnũ in vtero ei9 factum est Ancilla autez deforis appebat et dei tas intus latens decepit holofernẽ ꝛ mucrone ꝓ prio interfecit· O princeps noster cecatus ꝛ dolo factus insipiens tota die qui in corde tuo dicebas vtiqꝫ non est deus et opa in ipso videbas fieri ho minis ꝛ dei· Si nõ erat deus quẽ tunc glorifica bant angeli· ꝛ si nõ erat homo in presepio quis iacebat· et si non erat deus · quem testabatur columba ꝛ vox patris · et si non erat homo quem baptizabat iohannes ꝛ si non erat deus · quis re mittebat peccata· et si non erat homo quis fati gatus sedebat· ꝛ si non erat deus quis suscitauit mortuos et si non erat homo quis in cruce pende bat· et si non erat deus latroni quiꝫ padysũ pro mittebat· Crudelis furor tu9 decepit te· pasti gla diũ· quo ipse plagam irremediabilez suscepisti· O ista crux fallens · fallens gaudia nostra et per turiens dampna nr̃a· per lignũ ditati fuimus et ecce per lignum subuũimur· O criste filij dei viui

Xp̃us·

Dyaboli

tur vemisti sic nos torquē omniū fortissime dice-
mus repulisti et destruxisti nos Non enī vmbro
sa vorago non enim erea claustra nec ipsa indo-
Xp̄us· mabilis mors tibi resistere valuit ·Mox resolu-
tos populos cristus reduxit in lucem·alloquitur
blande respiciens fatigatos dicens O omnis crea
tura opus manuū mearuz·nō te ea sorte ꝯfeci vt
in has plagas et in hoc exiliuz peruenires ·padi
disum tibi paueram nō infernū· delicias tibi pre
paueram vitam beataz non mortem constitui· ec
ce quo te perduxisti et quo me descendere compu
sti vt paululum de maiestate humilis ad hūc car
cerem venirem vt te de hijs tenebris liberarem Iu
dicem me esse culpa tua fecit qui pius eram pa-
ter·coactus sum amore tuo pugnare cum aduer-
sario tuo· sustinui globos vteri virginalis acce
pi sortem tuam·auspicatus sum infanciam· Ia-
cui in presepio fleui dormiui·creui esuri sitimqꝫ
sustinui·que fuit queso tanti pomi cupiditas vt
meorum preceptorum obliti·inter ipsa primordia
perires Et ecce vincit me pietas ·non angelū mi
si·sed ego ꝓpter te descendi·pmisi me occidi et sic
ad inferos istos perueni· Exite nunc vincti·ex-
ite nunc miseri· respirate captiui · Ecce vobis
ignota lux fulgeo· ecce roēs infundo· et nodos
omnesqꝫ cathenas disrumpo· Et tum mox capti
tiuorum disrupta sunt vincula·vomuerunt con

fracte cauerne captiuos · et animas iā labe dolorū tenues antra ceca laxauerunt · Et vbi se viderunt liberatos captiui coram domīo sic loquētur O pulchrum vas candido celi fastigio te pmutasti et post noctem perpetuā sedentes in tenebris vmbre mortis subita claritate vestisti tibi laus tibi gloria tibi graciarum actio · Tūc triūphator mortis viu9 ab inferis clauso sepulchro lapide resurrexit nec ducatus officiū defuit ꝫ letus vt pīcipi suo omnis beatorum cetus processit Lacrimabatur intēa mater eius irremediabili percussa caritate atqꝫ dicebat · Vt quid te misimus peregrinari lumen oculorum meorū baculū vite mee · vertebat se ad patrem et dicebat O excelse pat̄ israhel omnipotens deus vbi est Joseph fili9 tuus quem fera inuidie deuorauit · O spiritus sancte de9 redde michi leticiam salutaris tui illi9 · scilicet salutaris qd te obūbrante concepi O filie iherusalem o celestes creature · O āgelice potestates adiuro vos si vidistis dilectum meū indicate michi quē diligit anima mea vbi cubat vbi moret̄ āmodo · aut indicate illi quia amore eius langweo cum visione suā a me eripuit gladius ptransiuit aīam meam · interpellabat ad filiū et dicebat O dulcissime fructus ventris mei quid moraris quid agis q̄d tardas finē imponere singultibus matris tue · O amabilis o desiderabilis sonet vox tua ī auribus

Patres · (margin, beside line 4)

Maria · (margin, beside line 11)

meis vox tua dulcis et oī salute plena o spes mea et tota fiducia mea si rennuis consolari animam meā quo me vertam· quē precūctabor· quis michi miserebitur? O vita anime mee non me confundas ab exspectatione mea oñde michi faciem tuā et sufficit michi· Pergebat igitur hec mater per singulas scripture vias quas nouerat filij sui re

Angel9· ditū nūciasset et dū sic ageret· Ecce adest celestis familia lucidis ornatis vestibus· canticū leticie proferens ac dicens Regina celi letare all'a· quia quē meruisti portare all'a· Resurrexit sicut dixit all'a· Tibi igitur gaudiū sit o maria virginū virgo singularis rosa celice amenitatis· prelucidū sydus inter primeuas lucernas diuini lumi nis susceptiuas Ideo sola pre omnib9 gaude gaudio magno quia quē vt hominē pepisti et proprijs vberibus enutristi ipse ab angelis et vniuersis celi ciuibus adoratur vt deus viuus et verus· Gaude felix mater quia quē vidisti pridie in ligno pendentem videbis regem cū gloria eterna· videbis omnē latitudinē celestiū terrestriū et infernorum maiestati eius inclinatā et omne robur inimicorum vi

Maria· eius attritū· Et cum leuaret oculos virgo vidit filium venientem celi luce perfusum et cadens in faciem eius adorauit eum dicens laus et gloria tibi sit criste dei eterni fili vidi faciem tuam· et salua facta est anima mea· leta morior fili mi·

quia vidi te· et nūc domine exaudi preces ancille
tue et prā vt quicūqz peccator mei interuencōne p̄
uia ad meā misericordiā redibit suorꝫ peccatoruz
veniam cōsequatur· et cū michi hoc donaueris ver
borum meorū vtiqz recordatus vt vbicūqz in hora
mortis cuiuscūqz penitētis fidelis nomē meū fidu
cialiter fuerit īuocatū nulla posset īspurcitia dy
aboli preualere Ad quā filius· verborꝫ tuorꝫ dile
cta mr̄ sup mel et fauū mēor sēp ero et tibi petita Xp̄us
non negabo· Tu eris sup domū meā et sup regnuz
meū vt ad tui oris imperiū cū̄ctus populus obedi
at esto misericordie mater· et totius graciarꝫ regi
na diuidens singulis p vt vis· Videntes angeli Angeli·
tante caritatis excellenciā in maria in ipsius lau
dem prūpentes dicebant Tu gloria Jhrlm· Tu
leticia Jsrahel· Tu honorificencia populi nr̄i· P9 Xp̄us
hec autē reuersus est ad suos et victor fact9 tam
q̄p inter mortuos liber clangit tuba leticie· Ego in
quit sum qui mortuus fui et ecce sum viuens in se
cula seculorꝫ et habeo claues mortis et abissi nolite
timere· vobiscuz em̄ sum vsqz ad consūmationem
Estote fortes in bello et pugnate cū antiquo serpē
te· Et tunc oēs se munietes aggressi sūt hostes in
fortitudinem verbi dei Cū igit̄ sic suos ad pugnā
ꝯfortassz et man9 eorꝫ docuissz ad p̄liū· ait vado īqt
et venio ad vos et mitto vob̄ sbsidiū de supnis et vo
bis dabit̄ os et sapia quib9 totū p̄ualebitis ceterꝫ

et sic illis videntibus eleuatus est et nubes susce
Pater. pit eū. Et duz adhuc longe esset vidit eum pater
ei⁹ ꝛ occurrēs cecidit sup collū eius et vocatis ser
uis ait. Cito afferte stolaz primā et date annuluz
in manu eius ꝛ occidite vitulum saginatū ꝛ gau-
deamus ꝛ epulemur quia ecce fili⁹ meus dilectus
in quo michi bene complacui qui mortu⁹ fuerat
Fili⁹. resurrexit. Ad quē filius Pater ecce venīūt post
me paruuli ꝛ iam triduo sustinent me quia michi
fide spe et caritate adherent ꝛ horū quidā delōge
venerunt Si igitur dimittimus eos vacuos defi
cient in via Emitte igitur spiritū tuū ꝛ creabunt̄
Pater. et renouabis faciez terre. Et respondit pater di
cens Fili tua est potencia tuū est regnū et tuuz
est imperiū. qd in oculis tuis est rectū hoc facite.
Fili⁹. Et ait filius Gracias tibi ago pater. Et tunc plu
it illis manna ad manducandū panē angelorūz
dedit eis ꝛ multiplicati sunt a fructu frumenti vi
ni ꝛ olei sui. ambulantes in cibi fortitudine per de
sertum ardore caritatis. ptecti a noctis caligine
tormētorꝝ. meridianos aūt est⁹. spes celestis dul
cedinis tpabat Hic igit̄ i lege dn̄i meditātes as
sidue relinqrunt egiptū. manu dn̄i sūt educti in t̄
Pater. rā lacte ꝛ melle manētē. hos em̄ celestis pat̄ fami
lias cū aspiceret ait filio Qui sūt isti filij ꝛ cuius
Fili⁹. est familia. Ad quē filius Isti sunt quos m̄ pater
dedisti in egypto ipsi namqꝫ veniunt ex magna

tribulatione et lauerunt stolas suas in sanguine
meo. Et ait pater non esurient neqȝ sicient am-　Pater.
plius Neqȝ cadet super illos sol nec vllus estus.
Introductis hijs oib⁹ ad agni nuptias vidit pat
familias q̄plura loca vacua et ait. Multi sūt vo
cati pauci vero electi. Nōne decē sanati sūt nouē
vbi sūt et populus qui huc venit alienigena est.
Ad quē filius Pater. populus quem nō cognoui　Fili⁹.
seruiuit michi in auditu auris obediuit michi.
Sȝ filij vt alieni inueterati sūt recedentes a me
et claudicauerunt a semitis suis Verumptamen
iuxta multitudinem miserationum tuarum re-
uoca eos ne dicat inimicus preualui aduersus
eos Pensa laborem passus sū vt istos traderē in
man⁹ tuas Et pater pro filio zelatus ait Elige ti　Pater.
bi boni testimonij viroȝ et constitues illos princi
pes super omnē terrā vt portent nomen tuum co-
ram regibus et gentibus vt populi confiteantur
tibi in omni generatione et progenie. Et tunc mi
sit seruos suos hora cene et exiuit in omnē terraȝ
sonus eorū et in fines orbis terre verba eoruȝ. Et
clamabant dicentes. Venite ad nuptias inebria　Apli.
mini vbertate domus dei Ecce reptilia occisa. Ec
ce prophetaruȝ oracula iam decocta pata sūt om
nia venite et cōmedite pinguia vt viuat in crassitu
dine aīa vrā Et recalcitrauit populus Iudeoȝ et
induratuȝ est insipiens cor eorū nō intelligentes

Iudei sacramenti dei. Sed apprehensis seruis alios as
sauerūt. alios lapidauerūt alios occiderūt dicē
tes. nō est nobis sors in dauid neqꝫ in seie ei⁹ q̄s
noster dn̄s ē vt seruiamus illi. Et reuersi nūcij
Apl'i. ad dominū cōquesti sūt dicentes. de⁹ venerūt gē
tes in hereditatē tuā polluerunt templū sanctū tu
um effundentes sanguinē suoꝝ tuorū in circuitu
iherusalē ⁊ nō erat qui sepeliret. Iudica igitur do
mine sanguinē nostrū qui effusus ē. Et recepe-
runt diuinū rn̄sū Adhuc sustinete modicū donec
Paf fa. impleatur nūs fratꝝ vestroꝝ. Et dixit paterfa
milias Qui inuitati fuerant non sunt digni. Et
alijs seruis vocatis ait. Ite ad exitus viarum et
quoscūqꝫ reperitis siue cecos siue claudos siue cu
iuscūqꝫ morbi penā paciētes huc introducite. Et
tunc abierunt nūcij et transierunt de gente in gē
tem ⁊ de regno ad populū alterū Confortatus igi
tur principatus eorū. et sine inimicoꝝ timore pre
Apli. dicatores clamabant Oēs sicientes venite ad a-
quas et etiam qui caretis virtutib⁹ properate et
emite vobis absqꝫ vllo precio miaꝫ ⁊ graciā Hec
enim predicabant vbiqꝫ domio coopāte ⁊ sermo
ne confirmante sequētib⁹ signis. et sic multifac
ti sunt cum essent in numero breui. quia domin⁹
auxit populū suū quia florebant de ꝓgenie in ꝓ
genies ⁊ de ciuitate in ciuitates sicut fenuꝫ terre.
Rex. ¶ Aspexit itra rex intrauit vt vdēt discumben

tes et repleta est terra possessione sua ꝛ completa
hora vndecima·ait·filio·voca operarios et vnicui
qꝫ redde iuxta opa sua·Effunde iram tuam in gē
tes qui te non agnouerunt et in regna qui te nō
inuocauerunt Et vnus angelus tuba cecinit ꝛ iu ‌ Angel⁹·
ratum est ꝑ viuentem in secula seculorū qꝫ ampli
us non esset tempus Et alius angelus tuba clan
gēs audita ē vox magna vox tribilis petras scī
dens monumenta aperiens Portas ereas fran-
gens abissum penetrans·ꝛ animas vnicuiqꝫ su
is corporibus assignans·Et dedit mare mortuos
suos ꝛ mors et infernus dederūt mortuos suos q̄
in ipsis erant·Et ecce thronus magnus positus
est et sedens super eum erat vestitus veste asper
sa sanguine et oculi eius vt flamma ignis et vo-
cabatur nomen eius verbum dei·ꝛ ex ore eius ex
ibat gladius ex vtraqꝫ parte acutus vt in illo
perculiat gentes·Et exercitus qui sunt in celis
sequebantur euꝫ ꝛ cōgregati sunt coram illo mag
ni et pui a quatuor plagis mundi ꝛ visi sunt om
nes pusilli et magni coram ipso·Et aperti sunt li
bri et iudicatum est de ipsis ſm ea que sunt scrip
ta in libris·Et cancellatis manibus posuit dex-
teram super maiorem et sinistram super mino-
rem et dixit illis qui a sinistris erant·Generatio
praua·et exasperans deum tuum qui te genuit
dereliquisti et oblita es dei creatoris tui quiꝫ

te modo docebit fugere iram meā· egoipse qui lo
quebar ecce assum Et ceperunt declinare malicie
ad excusandas excusationes in peccatis Sed re
uelabant celi iniquitatē eorum et terra ꝯtra eos
surrexit· Acusabant eos consciē quas polluerāt
dyabolus cui seruierant· deus quē offenderant·
Scripture quā transgresse sūt· creature quibus
Judex abusi sūt· Et dicebat eis Judex Nonne hec condi
ta sūt apud me et notata in angelis meis· et com
mota sūt ꝛ cōtremuit terra· fundamenta montiū
conturbata sūt· quomiā iratus est eis Et tunc tre
Impij muerunt impij videntes in quē transfixerunt iu
dicem constitutū· Et dicebant montibus cadi te
sup nos ꝛ coopite nos a facie sedentis super thro
nū quomiā venit dies magna· dies ire eius dies
calamitatis et miserie. dies doloris et iusticie di
es vlulatus et luctus ·dies meroris et angustie di
es gemitus et mesticie· dies grādis et amara val
de· ꝛ quis poterit stare et quis poterit sustinere a
facie gladij eius · Et clamantes ad dominum cū
tribularentur exauditi non sunt quia oratio eo
Xp̄us ruz facta est in peccatis Et vocata familia ait do
minus Tradite hos tortoribus ī eternis tenebris
recludantur gehenne incendio perpetuo crucian
di· Et ecce equus pallidus ꝛ sedens super euz cui
nomen erat mors et exercitus qui ē ī inferno seq̄
batī ipz Et ꝯgregato collegio dānatoꝝ vallatoqz

eo detestanda familia pgebat simul cum illis Et
mox aptus ē pute⁹ abissi ꝛ exiuit inde fum⁹ ignis
sulphurei attingens vsqꝫ ad celū et obscuratum
est celū et aer de fumo illo·et descenderunt ōnes
magno impetu in profundū ꝛ sic omnes dimersi
sunt in stagnū ignis et audita est vox terribilis
velut vox aquaꝝ multaꝝ· ve gēti peccatrici popu
lo graui ꝓgemei scelerate· Et dum sic ruerent
impij vocibus vlulabant blasphemantes illum
qui viuit in secula seculorū pre dolore Et tunc vo
lucres īferni ꝯgregati carnes eoꝝ deuorātes cru
ciatib⁹ diris ibāt ꝛ r̄edibant sup eos horribiles· ꝛ
v̄mis īmortalis pectora eorū cedens acutis denti
bus rodere non cessabat· Ipsi igitur inuocabāt
mortem et mors ab eis penitus fugiebat· Naꝫ vt
oues in inferno positi sunt et eos mors secūda pa
scit Et dira ē audita sentencia· virtutes celorū ꝛ Iusti
homines cōmoti sunt tremor apprehendit eos ·
et dicebant agno· adiuua nos de⁹ salutaris nos-
ter et ꝓpter gloriā nominis tui libera nos quia ti
mentes facti sum⁹ nimis Et ait ad eos · ne timu Xp̄us·
eritis videntes vindictaꝫ· quoniā vobiscū sum in
illa vltione eripiam vos et glorificabo vos Et dice
bant domino· Iust⁹ es domine scē ꝛ benedcē qui Iusti
hos iudicasti qm̄ sanguinē scōꝝ tuorū effuderūt
et tu illis sanguinem eorū dedisti bibere· et letati
sunt in protectione dei ꝛ exultabunt in deū viuū·

Et tunc data est omnibus stola candida et dyade mata in capitibus eorū et ceciderunt in faciē suaȝ et adorauerunt viuenentē in secula seculoꝝ. Et

Xp̄us ait ad eos rex. Venite post me qui concupiscitis me et a delicijs meis adimplemini Venite nati mei dilecti mei qui mecum pmansistis in tēpore cōmib⁹ meis Venite inquā bibite et inebriamini pcipite regnum vbi est eterna refectio iocūda possessio. gaudium sine merore tranquillitas sine labore sanitas sine langwore dies sine nocte vita sine morte iuuentus sine senectute. Pulchritudo sine difformitate fortitudo sine debilitate. Exclusa omni

Iusti fallacia veritatis plena cognitio. Et tunc cadentes in facies suas adorauerunt deum cantantes canticum nouum atqȝ dicentes dignus es domine accipere gloriā et honores et laudes et fortitudinem et decoreȝ quoniā non nostris meritis sed tua gracia nos redemisti soluens et prebens tuum sanguinem pro nobis in pretium. Hoc audi

Impij entes ipij flentes p̄ dolore et spū gementes penitenciam frustra agentes exclusa omni iusticie rectitudine dicebant hij sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperij nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et c. et quibus coronis coronati sunt Quid nobis profuit nostra superbia. Quid nobis

contulit diuiciarum iactancia. Ceci in lumine am
bulauimus consumpti sumus absq; vlla spe. Quis
nobis tribuat vt simus iuxta menses pristinos
quando lucebat lucerna dei super caput nostrum
et a lumine eius ambulamus in tenebris. Et dum
hec dicerent facta sunt sup eos tonitrua magna
qualia non fuerunt ab initio et dissipate sunt vires
eorum. Decus infernum confugientes et in profun-
dum et claudit puteus os suum super eos. Intrauit
igitur rex atrium suum sequente multitudine quam ne
mo dinumerare potest. Ex omni tribu lingua et nati- Iusti.
one clamantibus illis letis vocibus atq; dicenti-
bus quam magna multitudo dulcedinis tue deus quam
seruasti diligentibus te. Hic igitur in tympano
et choro in cordis et organo laudabant deum.
Hunc cantum maior frater cum audiret iratus Angelus.
patri ait. Quid est homo domine quod sic memor
es eius aut filius hominis quod tantum reputas eum
primo enim minuisti eum paulominus a nobis
et postquam omnem eius innocenciam sua culpa per-
mit redemisti eum et constituis modo super ope-
ra manuum tuarum. Nos enim qui nunquam manda
tum tuum preteriuimus non sic creasti nec vmquam
assumpsisti. Et ait pater filij vos semper mecum Pater
estis. et omnia mea vestra sunt. Non enim
egent qui sani sunt medico. sed qui male habent
hunc Humanum genus perierat et inuentum

est· et vestre repate sunt gaudete et exultate et
agite diem leticitie· et tunc factus est in pace lo-
cus eius et ex angelis et hominibus vnum ouile
vni et eterno pastori subiacet qui suis ouibus ta
les preparauit pascuas quales nec ocul9 vidit nec
auris audiuit nec vmq̄ cor viuentis hominis cir
cumspexit ¶ Cuȝ hijs igitur nos qui laboruȝ no
strorum expectamus mercedeȝ nequaq̄ sub vm
bra Iuniperi dormiamus Ibi enim lacte volup-
tatis depastus illuditur et clauus tympano con
figit dormiētes restat nobis grādis via ideo cō
fortati seu refecti celestis verbi sapore ad ce-
nā agni prouidi festinem9 vt sicut nouelle oliua
rū in circuitu mense domini saciabimur apparen
te nobis gloria fructus ventris v̄ginis benedicte
quod nobis ipse concedat qui nos de nichilo crea
uit et suo sanguine precioso redemit· Amen·

COLOGNE

ARNOLD THER HOERNEN

DISPUTATIO. Disputation Sanctae Trinitatis super redemptione humani generis. **c. 1477.**


*Hain *6278; B.M.C., part I, p. 208.*

Printed with gothic type, in quarto form, 27 lines to a page. It has 24 leaves, the first and last blank. (The last blank leaf is missing.) The size of a leaf is 210 × 140 mm., while the text measures 135 × 81 mm. Capitals, paragraph-marks, initial-strokes, and underlines supplied in red.

THIS disputation over the redemption of the human race is in dialogue form. The participants are God the Father, the Son, the good Angels, various Prophets of the Old Testament — and, of course, Satan, the latter being cited as "an enemy of the human race, adversary of the truth, chief of rascals, prince of evils, counsellor of wicked thoughts, inventor of death, and father of all ills." The discussion ends with the defeat of Satan and by the announcement of God the Father that the world, which He created from the void, will be redeemed in the precious blood of his Son.

The types used by the printer are very distinctive; the pure gothic lines have both strength and charm. The length of the lines is still somewhat uneven — a characteristic of much of the work done by Ther Hoernen. The leaves are marked by signatures, a method which this printer began to adopt only in 1477. It was probably in this year that the *Disputatio* was printed.

Bought in June 1936.


The Public Library
of the City of Boston
THE
FRANCIS
SKINNER
FUND
H

